



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXVII. De Pœnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

TITVLVS XXXVII.

DE POENIS.

Dictum est supra de variis delictis, & criminibus, propter quæ pœnæ imponuntur, delicta enim punienda sunt, nec debent remanere impunita: unde titulus subiicitur Titulus iste de pœnis, qui extat etiam in Sexto, Clementinis Extravagantibus Ioan. XXII. & Communibus.

§. I.

De pœnis in genere.

I.

Quæritur primò, quid sit pœna, & quomplex? Resp. primò, pœna rectè definitur à Cuiacio in *Paratit. ff. de pœnis*: est delictorum, siue criminum coercitio, seu vindicta inducta ad disciplinæ publicæ emendationem. Pœna autem nunquam inferitur, sine culpa, quamvis aliquando inferatur, sine culpa puniti, sed non sine causa, juxta *reg. Iuris 23. in 6. sine culpa* (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus, *Silvest. V. Pœna. n. 1.* quia aliquando ob publicam utilitatem, puniuntur quis, sine propria culpa: sicut crimine læsæ Majestatis, filii etiam innocentes, propter delictum patris, puniuntur, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis exempla metuntur, *l. Quisquis. §. §. 1. C. Ad leg. Jul. Majest.* & in detestationem tanti criminis, adeoque non sine iusta causa, Dynus in *cit. reg. Iuris*.

II. Resp. secundò, pœnæ, pro varietate delictorum, sunt diversæ, quædam enim sunt capitales, aliæ non capitales: Capitalis est, per quam inferitur mors naturalis, vel civilis per mediam, vel maximam capitis diminutionem, adimendo libertatem, vel jus Civitatis. Pœna non capitalis alia est corporalis, siue corporis afflictiva; alia pecuniaria. Item alia civilis, quæ applicanda est parti læsæ, cujusmodi sunt pœnæ delictis privatis impositæ: alia criminalis, quæ ad vindictam publicam spectat. Rursum pœna alia est ordinaria, siue legalis, quam lex aut Princeps præscripsit, aut consuetudo induxit: alia extraordinaria, siue arbitraria, quæ nullâ lege aut statuto est definita, sed extra ordinem à Judice imponitur, juxta arbitrium ejusdem, pro varia delictorum qualitate. Alia denique positiva, alia privativa dignitatis v. g. Plura de his videri possunt apud *Hofiens. in summa n. 2. & seqq. Silvest. V. Pœna. n. 2. Zaf. in Comment. ff. h. t. n. 1. & seqq. & in Comment. in Decret. h. t. n. 1. & seqq.* aliæ sunt pœnæ spirituales, seu Canonice, de quibus infra.

III. Quæritur secundò, an Judex teneatur imponere pœnam reo ordinariam, siue lege præscriptam, & an illam augere possit, vel minuire? Resp. Judex tenetur reo sufficienter convicto de crimine, infligere pœnam ordinariam lege præscriptam, *Suar. l. §. de legib. c. 11. num. 2. cum S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 84.* Idque sumitur ex *c. In istis. 3. dist. 4.* Ubi dicitur, non licet Judici de legibus judicare, sed secundum ipsas. Ratio est, quia vel lex pœnalis im-

ponit pœnam ipso facto: & tunc tenetur Judex secundum veritatem, sententiam proferre, pœnamque exequi. Vel lex imponit pœnam sententiam sententiam Judicis condemnationem, & tunc ad condemnationem tenetur Judex illum exequi, qui, *Suar. c. l. n. 2. & 3.*

Atque hinc inferitur, quòd Judex inferior potest pœnam lege præscriptam excedere, quàm à reo exigetur, quàm is de jure debet, adeoque major pœna ab ipso exigatur, ipsa non debet. Sed neque Judex inferior pœnam lege præscriptam excedere, vel minuire potest, si cætera circumstantiæ, ut est pœna pecuniaria applicanda reo læsæ, cui jus est per legem datum, quod non Judex ipsi auferre, vel diminuire: neque enim pœna continens meram vindictam, remittitur Judice, quia id foret contra bonum commune publici, cujus interest, ne delicta maneat impunita, vel minus punita, *Suar. c. l. n. 6. & 7.* pœnam etiam Judex inferior minuire pœnam lege præscriptam, ratione ætatis, quæ non est ad tolerandam pœnam; ob pœnitentiam, relictam, vel ob pauperatatem, si sit pœna pecuniaria, *Suar. c. l. num. 8. & 9.* At verò superior Princeps vel Rex, licet potest pœnam reo commisso remittere dispensando in lege, quam etiam ex causa læsæ remittere potest, quæ in inferiore Judice non deberet: quamvis etiam ipsi Principi caveatur, ne jus publicum, vel privatum aliquo modo lædatur, *re. c. l.*

IV. Ceterum hinc in genere de pœnis potest, quòd delinquens toties puniendus, quoties reiterat delictum, prout dicitur in *c. 1. h. t.* quod vulgò tribuitur Concilio Tolentino, quo sic desumptum, nondum repertum est, prætat *Gl. margin. hic*, in quo dicitur: Ex quo sequenti prævaricatione iterantur, frequenter contenti condemnentur, hoc est, quoties contenti deliquerit (nam de eo ibi sermo est) non repetitur idem crimen, non incontinenti, sed ex intervallo, & distinctum est delictum, adeoque pœnam etiam puniri debet, *Covarr. lib. 1. var. resol. c. 10. n. 8. §. Quod*

verò.



§. II.

De variis poenis in specie, de quibus
agitur in hoc Titulo, & in pri-
mis de poena pecu-
niaria.

V. De hac agitur primò in c. Presbyteri. 28. h. t. quod est desumptum ex Concilio Triburiensi, ubi dicitur: si quis interfecit Presbyterum, fiat compositio cum Episcopo, ad cuius Diocesim pertinet, cui poena pecuniaria pro dimidia parte est solvenda, ita ut illam in utilitatem Ecclesiae, cui occisus praefuit, distribuatur: Altera verò pars dimidia in elemosynam in pauperes erogetur, pro anima ejusdem, quia nullus ejus haeres proximior videtur, quam qui ipsum domino sociatus est. Quod ita explicat Covarruv. l. 2. resol. c. 9. num. 10. quando poena pecuniaria à jure, vel statuto est determinata, ut in casu hujus c. ob injuriam Clerico irrogatam, dimidia ejus pars danda est Ecclesiae, cujus ipse injuriam passus Rector extitit, quia nullus proximior est Clerici interfecti haeres, quam Ecclesia, quae cum Domino sociavit (baptizando, & ordinando, Gl. fin. hic.) Altera verò pars dimidia poenae pecuniariae, pro anima Presbyteri interfecti, in pauperes distribuenda est, quia negari non potest, quin ex injusta eade Presbyteri, sive Rectoris, ipsa Ecclesia, & ipse Rector, seu Clericus laedatur, & offendatur, & ideo utrique satisfaciendum est, Covarr. c. l.

VI. Secundò Archidiaconi, & alii Praelati, qui in criminibus dispensare nequeunt, aut poenas commutare, non possunt, propter crimina, poenam exigere, neque etiam correctionis causâ, poenam pecuniariam imponere, si alia à Jure statuta sit, prout sumitur ex c. Licet. 3. h. t. & ibi Gloss. V. Panam. Nam cum Papa Alexander III. intellexisset, quòd Archidiaconi Conventrensis Episcopi patris, propter corrigenda, & punienda crimina, à Clericis, & laicis poenam pecuniariam exigant, & pro annua exactione quandoque Rectores Ecclesiarum suspendant, Ecclesias interdiciant, & à Vicariis denarios, seu multam pecuniariam exigant, ut eos in Ecclesiis cantare permittant, & alia agant contra Canonum Statuta. Ideo mandavit Archiepiscopo Cantuariensi, ut praedictis haec strictè interdiciat: si autem contravenire praesumpserint, eos, cessante appellatione, per Ecclesiasticam censuram compellat.

VII. Notandum primò, et si videatur prohiberi in hoc c. ne Judex Ecclesiasticus, propter crimina, poenam pecuniariam exigit, vel imponat, ut notat Gl. hic V. Panam; potest tamen Episcopus de crimine cognoscere, & in illo dispensare, & correctionis causâ, poenâ pecuniariâ Clericos punire; potissimum quando ea magis timeretur; et si poenam illam non in proprios usus, seu utilitatem converterat, sed in pios usus, vel in pauperes erogare curaret, quia tunc praesumitur correctio ac punitio, non ex cupiditate avaritiae, sed ex Zelo charitatis procedere, Bernard. Diaz. in pract. canon. c. 145. num.

2. Covarr. libr. 2. resol. c. 9. num. 8. & 9. Ubi in fine addit, quòd Episcopus, si esset inops, vel indigeret, posset poenâ pecuniariâ, sive per Statutum, sive etiam per sententiam sancitâ, delinquentes punire, eamque in proprios usus expendere. Extra hunc verò casum Concilium Tridentinum Sess. 25. c. 3. de reform. praecipit, ut ab Episcopis multa pecuniariae, eo ipso, quòd taxata fuerint, piis locis ibi existentibus assignentur.

Notandum secundò, si Jus statuat poenam pecuniariam infligendam, pro certis criminibus, tum quicumque potest de illis criminibus cognoscere, potest illam infligere. Si verò statuat solam poenam spirituales, vel corporalem pro crimine aliquo, Judex non debet, nec potest illam in aliam commutare, nisi qui in illo crimine potest dispensare: quamvis secundum Abb. hic, & alios, quilibet Judex, qui potest de causa cognoscere, possit poenam à Jure statutam in pecuniariam commutare, dummodo id faciat in sententiae prolatione, & causâ cognitâ, Fagnan. in tit. c. Licet. num. 13. Si denique de poena criminis nihil definitum sit in Jure, utrum pecuniaria, vel alia sit imponenda, tum Judicis arbitrio relinquitur, quam imponat, Gloss. hic V. Panam. Ubi in fine addit, quòd in casu hujus c. Archidiaconi illi non debebant exigere, vel infligere poenam pecuniariam, sed spirituales imponere, quia non poterant in illis criminibus dispensare, nec poenas commutare. Porro Episcopus, vel alius Judex Ecclesiasticus potest in causis spiritualibus, vel mixti fori, laicis, etiam sibi non subditis in temporalibus, poenas pecuniarias imponere, saltem post Concilium Tridentinum Sess. 25. c. 3. de reform. Fagn. c. l. n. 21. & seqq.

VIII. Tertio ad poenam pecuniariam pertinet, quòd victus victori condemnentur in expensas, quando sententia profertur pro parte praesente, in causis pecuniariis, non autem quando fertur pro parte absente, prout sumitur ex c. Calumniam. 4. h. t. Ubi habetur, quòd qui calumniosè, & temerè litigant, condemnandi sunt in expensas, & de calumnia puniendi, secundum leges Civiles. Quare cum hoc consonum sit Sacris Institutis, seu Canonibus, iisque non contradicat, praecipit Alexander III. in Concilio Turonensi, ut de cetero in pecuniariis causis, victus victori in expensas condemnentur, nisi sententia pro absente feratur.

IX. Pro intellectu hujus c. notandum primò, extat Regula utriusque Juris, victum esse victori condemnandum in expensas, cit. c. Calumniam. h. t. & l. Properandum. 13. §. Si vero alterutra. C. De Indic. Idque procedit, non solum si quis per calumniam aut dolum litiget, sed etiam si absque dolo, temerè tamen, & inconsultò, ac nullo adhibito consilio, litigaverit, l. Eum quem. 79. ff. De Indic. Abb. hic num. 1. not. 1. Covarruv. pract. qq. c. 27. num. 1. Secundò, etiam extenditur, etiam si victus ab initio litis juramentum calumniae praestiterit, quia hoc juramentum, etiam si videatur excusare à calumnia, non tamen à temeritate, Abb. hic num. 4. Covarruv. cit. c. 27. Pers. secundò. Tertio, condemnationem in expensas etiam locum habere in causis criminalibus,

libus tradit Covarruv. c. l. num. 2. & plures alii. Sed contrarium probabilius tenet Fachin. libr. 1. Controv. 42. Idque probat ex cit. c. Calumniam, h. t. ibi: precipimus, ut de cetero in causis pecuniariis, victus victori in expensas condemnatur: ex quibus verbis patet, quod condemnatio in expensas locum habeat tantum in causis pecuniariis, alioquin si etiam in causis criminalibus locum haberet, Pontifex generaliter praecepisset, victum victori in expensas condemnandum esse, & id non limitasset ad causas pecuniarias, ubi etiam ad argumenta contrariae sententiae responderet.

Notandum secundò, qui justam causam litigandi habuit, non debet condemnari in expensas, l. Qui solidum. 78. §. Etiam. ff. De legat. quamvis in dubio praesumptio sit contra victum, quod justam causam litigandi non habuerit, adeoque hoc ipso, quod succumbit, praesumitur calumniosè, vel temerariè litigasse, & condemnari debet in expensas, Gloss. hic V. Victori, & Abb. num. 2. Covarruv. c. l. num. 3. Verum is, qui habuit justam causam litigandi, non tantum in prima instantia, sed etiam in causa appellationis, in expensas condemnari non debet, quamvis minor causa excuset à condemnatione in expensas in prima instantia, quam in secunda, sive appellationis, sicut & minor causa excusat reum, quam actorem, Covarr. c. l. n. 3.

X. Notandum tertio, Judex tenetur victum in expensas condemnare, victori si is id petierit, aliàs non: Covarr. c. l. n. §. Barb. in Collect. hic n. 3. Ubi tamen id limitat primò, nisi actor in libello petierit sibi jus, & iustitiam ministrari, tunc enim vi hujus clausulae, potest Judex, etiam victore non petente, victum condemnare in expensas, quia tacitè sunt petita. Secundò, fiscus victus non condemnatur in expensas. Tertio, ob justam causam litigandi, potest victus excusari à poena expensarum: quae autem sit justa causa litigandi, relinquitur Judicis arbitrio: qualem censetur habuisse, qui pro se habet opinionem alicujus gravis Doctoris, Barb. hic num. 4. & §. Quarto, victus non condemnatur in expensas, si pars adversa, sive victor solum ex semiplena probatione, & ob delatum juramentum suppletorium, causam obtinuit: nisi is, cui juramentum delatum est, plus quam semiplenè probaverit, sed pars adversa nihil, Barb. c. l. n. 9.

Notandum quartò, expensae, in quas victus condemnari debet victori, taxandae sunt à Judice, secundum qualitatem litigantium, & post taxationem, victor juramentum praestare debet, se verè tantum expendisse, quantum Judex definivit, arg. c. Olim. 7. de Injur. Nam cum hoc juramentum sit de veritate, non de affectione, debet taxationem Judicis praecedere juramentum expendentis, Covarr. c. l. num. 6.

§. III.

De poena conventionali, sive qua pacto aut contractui est apposta?

XI. De hac agitur in primis in c. Constitutus. 7. h. t. Ubi talis casus proponitur: Episcopus La-

itanus concessit Monasterio Cypre ferre mnes Ecclesias in sua Diocesi sitas, & ad Monasterium illud pertinentes, & quicquid parvo- lis habebat, in emphyteusim, sub annua poena solvenda: apposità in instrumentum contractus poenà, quam pars contractum non solveret observanti. Sed postea ex arbitrio partis propria confessione confititur, quod Monasterium subtraxit Episcopo pensionem annuam ipsi solvendam: & Episcopus exigit à Monasterio procuracionem: & sic utraque pars non solvit contractum, sed poenam incurret, idcirco Papa utramque partem à poena illa declaravit solutam. Hoc c. est pars c. Venerabilis. 6. de iurisd. domib.

XII. Hinc colligitur, quod etiam in canonico licitè apponi potest poena contractus, si quae tamen si utraque pars non solverit contractum, in effectu tollitur, & poena cum poena compensatur, Abb. hic n. 2. & 3.

Porro videtur, quod in casu hujus Episcopi non incidit in poenam, nam cum altera pars, scilicet Monasterium, non solverit pensionem, licet petierit Episcopus petere procuracionem, quae solvenda est servanda frangenti fidem, c. Porren. 1. de iur. Verum hic propter par delictum non incidit in poenam, l. Cum par. 154. ff. de R. J. si delictum mutua sit compensatio, c. pen. de arbit. ff. de iur. 10. ff. De compensat. & consequenter etiam poena cum poena compensatur, Gloss. hic V. Venerabilis, siens, hic V. eod. Ubi ait, quod nec Episcopus debet exigere procuracionem, nisi Monasterium solvetolvere pensionem, & sic utraque pars non incidit in culpam, ideoque neutra pars tenetur ad contractum, sive ad poenam, sed mutua compensatio facta fuit.

XIII. Præterea si obligatus solvere certa quantitatē pecuniae ad certum tempus, contra pactum, ut si non solverit, tempore deliquit, tenetur ad certam poenam: si solvit majorem partem debiti, non tenetur integram poenam solvere, sed solum pro parte debiti, quae non est in termino delicti soluta, prout sumitur ex c. Sum. 9. de iur. cum Rectores, & Clerici Ecclesiae S. Formacensis, scilicet Episcopo Spoletano in XL. libris, per quodam delictum, condemnati essent, poenà XXX. librarum apposità, nisi eas solverent in termino delicti, & non nisi XXXIII. libras in dicto termino solvisent: Episcopus, occasione septem delictorum, librarum, Litteras Apostolicas, tacitè retractavit, ut in triginta libris, nomine poenae, non solverunt totam summam in termino delicti, sibi solvendis condemnarentur. Et illa poena delatà, is mandat dicto Episcopo, ut illarum solutione contentus, super poena delictorum dictos Rectores de cetero non multaret, cum non deceat ipsum inhonestis quælibet poena aliena iactura, ditari.

XIV. Pro explicatione hujus c. notandum, quod de Jure Canonico poena conventionalis, quae pacto dandi certam quantitatē intra certum tempus, si conditio non sit impleta, non tota poena mittitur, seu incurritur, sed pro illa parte, quae respondet quantitati debiti non soluti, &

hic n. 6. ubi id probat, quia eadem debet esse ratio de parte, quæ est de toto, quoad totum, l. quæ de tota 76. ff. de rei vindic. sicut ergo de Jure Canonico potest peti pœna tota, si non adimpleatur contractus: ita similiter ratione partis non solutæ, potest exigi pœna pro rata.

Notandum secundò, etsi de Jure Civili, & secundum Juris rigorem, qui certam pecuniæ quantitatem, ad certum tempus, sub pœna dare promissit, etiamsi partem solvat, debet totam pœnam pendere, propter sortem non solutam integrè, l. Stipulationum §. Si sortem, & l. In executione 85. §. Item si ita ff. de V. O. l. Heredes 25. §. In illa ff. famil. hercin. At verò de Jure Canonico, & secundum æquitatem Canonice, pœna non committitur, nisi pro parte debiti non soluta tantum, Guier. l. 2. Can. 99. c. 20. n. ult. ubi ait, hunc esse communem intellectum hujus c. Idque satis colligitur ex decisione Pontificis in cir. c. Suam. ubi quia ante terminum solutioni præfixum XXXIII. libræ ex debito principali XL. librarum jam solutæ fuerunt, & solum restabant septem solvenda: ideo mandavit Pontifex, ut Rectores, & Clerici Ecclesiæ S. Fortunati supra septem libras adhuc debitas, nihil amplius, nomine pœnæ, exigerent, quia contra omnem æquitatem fuisset, exigere integram pœnam XXX. librarum appositam, propter septem libras residuas debiti principalis nondum solutas, ideòque pœnam illam, tanquam immoderatam, & excessivam, reprobavit, cum non deceat illos Clericos, cum alterius jactura ditari. Itaque meritò censendum est, Pontificem aliud statuisse in hoc casu de Jure Canonico, quam quod de Jure Civili est statutum, idque propter æquitatem, quæ est præferenda Juris rigori.

§. IV.

De pœna depositionis, & degradationis.

XV. De priore pœna depositionis agitur in primis in c. Quod in dubiis §. h. t. Nam consultus Papa Innocentius III. de pœna Clerici causam, vel operam dantis bello, respondet, Sacerdotes, seu Clerici, qui gubernant naves, (vel exercitum) ad pugnam, & qui personaliter configunt, & qui alios invitant ad pugnandum, graviter peccant, & de rigore Canonico sunt deponendi, scilicet ab officio, & beneficio. Id verò intelligi debet, si hæc fiant in bello injusto, nam si bellum sit justum, licitum est Clericis, non tantum interesse in ipso conflictu, sed etiam alios invitare, seu hortari ad pugnandum, dummodo ipsi personaliter non pugnent: nisi ipsi invaderentur, tunc enim licet pugnare, & se defendere possunt, etiam occidendo invadentes, si aliter mortem evadere non possint, Gl. hic V. Incitant, & Abb. c. 1. de quo dictum supra Tit. 12.

XVI. Præterea Clerici, ob magnum crimen ab ijs commissum, deponi debent, & in Monasterium detrudi ad agendam pœnitentiam, prout statuitur in c. Tunc 6. h. t. Nam cum quæsitum fuisset, qualiter Clerici in latrocinij, vel alijs magnis sceleribus deprehensi (& convicti, nisi delictum sit notorium per evidentiam facti, Gl. hic V. Deprehensi) pu-

niri debeant, respondet Papa Innocentius III. quod ab Ordinibus degradati, detrudi debeant in arcta Monasteria, ad pœnitentiam agendam. Est autem hic sermo de degradatione, non actuali, sed verbali, quæ non privat omni privilegio Clericali, nec privilegio fori, ut notat Abb. hic n. 2. Bern. Diaz in pract. Canon. c. 94. circa fin. Hæc tamen pœna depositionis non est imponenda, propter simplicia furta, sed propter latrocinia, quæ fiunt de die, & quandoque cum violentia, Abb. hic n. 1. not. 2. vel alia gravamina. Quod verò ad pœnam detractionis in arctum Monasterium attinet, ea hodie raro est in usu, & potest commutari in aliam pœnam, Abb. hic n. 7. Quod si verò Clerici in hujusmodi gravibus sceleribus sint incorrigibiles, actu, seu realiter degradati, tradi solent seculari potestati, ut ultimo supplicio afficiantur. Vivian. in Ration. hic.

XVII. De posteriore pœna degradationis agitur in c. Degradatio 2. h. t. in 6. in quo describitur modus degradandi Clericos: Nam quæsitum fuit ex Bonifacio VIII. qualiter fieri debeat degradatio? Respondet Papa, quod verbalis degradatio, seu depositio ab Ordinibus, vel gradibus Ecclesiasticis, est à proprio Episcopo facienda, assistente sibi in degradatione Clericorum in sacris Ordinibus constitutorum, certo Episcoporum numero à SS. Canonibus definito. In degradatione verò eorum, qui minoribus duntaxat Ordinibus sunt initiati, sufficit proprii Episcopi sententia, sine aliorum Episcoporum præsentia, cit. c. 2. in princ. h. t. in 6. requiritur tamen præsentia Capituli Cathedralis, secundum Gl. hic V. Præsentia, licet sufficiat, si de consensu Capituli, adsint duo, vel tres Canonici, qui Capitulum representent, Silvest. hic c. l. Actualis verò, sive sollemnis degradatio Clerici fiet, sicut cum exautoraturis, qui profanam, & armatam militiam deseruit, cui militaria detrahuntur insignia, sicque privatur privilegio militari, cit. c. 2. §. Actualis verò. Sic igitur Clericus degradandus indutus sacris vestibus, in manibus tenens librum, vas, vel aliud instrumentum, aut ornamentum ad suum Ordinem spectans, ac si in officio suo ministrare deberet, adducitur ad Episcopum præsentem, & auferuntur illi omnia tradita in Ordinatione, incipiendo gradatim usque ad primam vestem datam in collatione primæ Tonsuræ. Deinde tondetur, vel raditur, ne Clericatus vestigium in eodem remaneat: potestque Episcopus ad terrorem uti verbis oppositis illis, quæ in Ordinatione prolata sunt: v. g. auferimus tibi vestem Sacerdotalem, & honore Sacerdotali te privamus, & sic de alijs. Denique ablatis omnibus Insignibus Clericalibus, ultimò adjicit Episcopus hæc, & similia verba: Auctoritate DEI omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus S. ac nostræ, auferimus tibi habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni Ordine, beneficio, & privilegio Clericali, cit. c. 2. §. Clericus igitur usque ad finem.

XVIII. Notandum primò, ad verbalem degradationem requiritur, ut proprius Episcopus, assistentibus sibi alijs sex Episcopis, in condemnatione Presbyteri, tribus autem in degradatione Diaconi, vel Subdiaconi, sententiam depositionis in criminosum pronunciet, c. Felix 4. & c. 9. caus. 15. q. 7. ubi etiam

etiam dicitur, quòd depositio, seu degradatio Episcopii à Metropolitano fieri debeat, coram alijs XII. Episcopis: qui Episcopi non sunt veri Assessores, sed assistunt ut Judices, quia de iustitia causâ cognoscere possunt, *Franc. in cit. c. 2. h. t. in 6. m. 2. Laym. c. l. n. 4.* Ad degradationem verò verbalem Clerici in Minoribus Ordinibus constituti, non requiritur præsentia aliorum Episcoporum, sed sufficit sola auctoritas proprij Episcopi, præsentibus quibusdam è Clero, qui Capitulum repræscentent, nisi aliud consuetudine sit receptum, *Gl. hic V. Præsentia. Franc. hic n. 4.* Factâ autem hâc verbali degradatione per sententiam, Episcopus procedit ad actualem, seu realem degradationem, quæ est executio prioris degradationis verbalis, & sine alijs Episcopis, fieri potest, etiam in degradatione Clerici in sacris Ordinibus constituti, *Silvest. V. Degradatio. n. 1. in fine. Franc. hic §. Actualis. n. 3. Laym. c. l. n. 4.*

Porro Concilium Tridentinum Sess. 13. c. 4. de
 „ reform. decrevit, ut contra Clericum in Sacris, et
 „ iam Presbyteratus Ordinibus constitutum, non
 „ solum ad condemnationem illius, ac verbalem
 „ depositionem, sine Episcoporum præsentia, in nu-
 „ mero, qui à SS. Canonibus requiritur: sed etiam
 „ ad actualem, & solemnem degradationem, abs-
 „ que illis, procedere liceat. Adhibitis tamen, & as-
 „ sistentibus totidem Abbatibus, usum Mitræ, & Ba-
 „ culi habentibus, si in Civitate, aut Diocesi com-
 „ mode haberi possint: alioquin adhibente aliâ
 „ personâ in Ecclesiastica dignitate constitutâ, quæ
 „ ætate sint graves, & Juris scientiâ commendabiles.

XIX. Notandum secundò, plures sunt differentie inter degradationem verbalem , quæ fit per simplicem sententiam , quâ Clericus criminosus ab Ordinibus Clericalibus, seu potius ab Ordinum ministerio, aut executione depositus declaratur ; & magis propriè depositio appellatur , quàm degradatio ; & inter degradationem actualem , per quam vestibus & Insignibus Clericalibus actus, & solemnibus verborum formulâ privatur ; nam per priorem non amittitur fori, & Canonis privilegium , sicut per posteriorem, *Barb. de Offic. Episc. alleg. 110. & alij apud ipsum*. Deinde degradatio verbalis per sententiam ab Episcopo etiam nondum consecrato fieri potest per se, vel per alium, modò sit confirmatus, ideòque & Vicario Generali committi potest , quia ad eam non requiritur potestas Ordinis , sed solius jurisdictionis : degradatio verò actualis, & sollemnis à solo Episcopo consecrato exerceri potest , quia est actus Ordini Episcopali, ex Ecclesiæ institutione, annexus : quamvis posset etiam delegari alteri Episcopo consecrato, non item non Episcopo, juxta alibi dicta , *Laym. c. l. n. 5. Barbos. c. l. n. 24.* Item fit in Jure, vel Constitutione aliqua reperiatur imposita pœna degradationis, id intelligi debet de verbali degradatione, quippe leviori, non de actuali, quæ est gravissima pœna, ideòque infligi non debet, nisi in casibus Jure expressis, *Barb. cit. alleg. 110. n. 9.*

Notandum tertio crimina, propter quæ infligitur verbalis degradatio, sunt adulterium, concubina-
tus per se verans, post monitionem, Simonia noro-
ria, stuprum, incestus, furtum, perjurium, homicidi-
um, & alia crimina gravia, quæ irregularitatem indu-
cunt, *Barb. c. l. n. 10.* At verò crimina, ob quæ Cle-

ricus actu degradandus est, & tradendus
culari, sunt gravissima, quorum tria
sunt. Veluti primò crimen hæresis manifestum
cundò, crimen falsi commissi in Litteris
Terriò, crimen conspirationis in propriis
pup, saltem si incorrigibilis accesserit.
6. Barb. c. l. n. 11. quibus ad id possunt plura
mina, videlicet Sodomia frequentata, crimina
tùs animati & sollicitantes mulieres in Confessio
non ordinati celebrantes, vel Confessores in
mentale audientes, ac denique ob aliam
valde enorme, & Reipubl. perniciosa, &
dium qualificatum, vel si Clericus fuerit inco
bilis, & uerit in profundum malorum, Cler
fin. q. 36. Laym. c. l. & Barb. n. 11. & M
Collect. hic n. 6.

Norandum quartò, actualiter degradare
 solum Papam restitui potest: verbaliter autem
 fitus etiam per Episcopum, sed non per alium
 riorum, *Silvest. V. Degradatio in fine, Zerbini*
 110. n. ult. Porro Sacerdos degradatus verbaliter
 conficit Sacramentum Eucharistiæ, & de
 materiâ, & formâ utitur, ac in tempore populi
 tueretur per Papam, non debere de novo
 licet Insignia ei ablata restitui decessit, quod
 & impressus à Deo in anima manet, & post
 mortem, nec per aliquam hominem aufferi possit
 cit. c. 2. §. ult. n. 4. h. t. in 6. plura de depon
 hæreticorum dicta sunt supra Tit. 7. n. ult.

§. V.
De poena Carceris

XX. De hac agitur in *Quantis*.
Ubi Papa Bonifacius VIII. ita reſcribit: quoniam
carcer ad reorum cuſtodiam, non ad poenitentiam
ſpecialiter ſit deputatus: poteſt tamen ſecundum
alius Juxta Eccleſiaſticis, Clericos ſub ſuſcep-
tu criminibus conſeſſos, vel convictos in perpetuum,
vel ad tempus, prout videntur expedire, capi
ri mancipiare ad poenitentiam peragendam, pro
de penſatis delictis, & perſonis, aliisque con-
ſtantijs.

XXI. Ubi notandum, licet carceres in
vili regulariter sit introductus ad causam de-
pendente accusatione, l. ult. C. de Officiis
ubi de his, quos tenet carcer inclausus, et
convictos velox pœna subducit, id est, ut
invenitur, & puniuntur; aut liberandis
turna non maceret, id est, cito abfolvuntur,
rentur, si innoxii reperiuntur. Verumtamen
Canonicis carcer est institutus etiam ad pœnam
hic in casu, not. 1. non tantum ad carcerem
ad VII. annos, sed etiam in perpetuum,
hoc c. Ratio est, quia cum SS. Canones non
pœnam mortis, c. In Archiepiscopo par. 2. de
ne crimina impunita maneant, necessitas
gravioribus criminibus pœnam perpetuam
statuere, Gl. hic in casu, quam Ecclesiasticis
solum contra Clericos impoñere pollunt, et
contra laicos, præsertim in causa hæresis, c. de
municiamus. 15. §. Si quis de heret. Socr. in Ca-
lib. 12. c. 18. n. 6. de quo plura dicta sunt
7, sec. 3. §. 9.

XXII. Porro incarcerato, —

ceris per se non infamat, ut colligitur ex c. *Super his*.
 8. h. t. *in fine* Gl. fin. Nam cum quidam Clericus
 coram Papa in testimonio ferendo vacillasset, &
 variasset in dicto suo, iussit Papa per delegatum
 suum, illum capi ac detineri in carcere; unde quæ-
 situm fuit, an iste Clericus infamiam incurreret, &
 responderet Papa, quod non.

Ratio est, quia iste testis vacillans aut varians,
 in ferendo testimonio, non fuit detrusus in carce-
 rem, tanquam reus criminis falsi; tunc enim potuisset
 ipsi infligi poena ordinaria huius criminis, ex lege
 Cornelia de falsis, & infamiam incurrisset: sed fuit
 coniectus in carcerem, propter delictum variationis
 in sua depositione, per quam aures Iudicis aliquomo-
 do offenderat, sed non poterat ob illam convinci
 de crimine falsi, quia variatio ista poterat variè expli-
 cari, & benignius: idcirco Clericus iste nullam in-
 famiam incurrat, quam carcer per se solus non indu-
 cit, Abb. n. 2. & 4.

§. VI.

*De poenis occidentium, vel percutien-
 tium proprium Episcopum, vel occi-
 dentium Rectorem Ecclesie. Item de
 poena litigantis, iniuriam infe-
 rentis Iudici.*

XXIII. Queritur primò, qualiter puniendi
 sunt, qui occidunt, vel percutiunt proprium Episco-
 pum, vel Rectorem aut alium Clericum alicujus Eccle-
 siæ? Respondetur, de hoc agitur in primis in c. *Ad*
auris. 10. h. t. Nam cum quidam Cives Vicentini
 Episcopum suum interfecissent, illi feudis, & be-
 neficiis, quæ ab Ecclesia Vicentina obtinebant,
 per sententiam privati fuerunt. Unde quæsit
 Episcopum, utrum ipsis, vel eorum hæredibus ab-
 lata sint restituenda? Respondet Papa, nec ipsis,
 nec eorum hæredibus prædicta feuda esse resti-
 tuenda, vel de novo alia beneficia esse conferen-
 da, sed potius majore animadversione esse ple-
 tendos.

XXIV. Ubi notandum primò, nomine be-
 neficiorum hic intelliguntur feuda, & alia, quæ tem-
 poralem utilitatem afferunt, eaque prohibentur res-
 titui, non tantum occisoribus, sed etiam hæredi-
 bus eorum in poenam, licet aliis ex nova concessione
 illa acquirere potuissent, Abb. hic n. 3.

Notandum secundò, quia sacrilegium est cri-
 men Ecclesiasticum, potest Iudex Ecclesiasticus, ob
 illud, etiam laicis imponere poenam temporalem, pri-
 vando illos feudis, vel aliis bonis temporalibus, quæ
 obtinuerunt ab Ecclesia, cujus Prælatum occiderunt.
 Abb. hic n. 1. Barb. hic n. 2.

XXV. Poro novo Jure in Clement. Si quis. 1.
 h. t. aucta sunt poenæ, ita ut qui iniuriose occidit,
 vel percussit Episcopum, vel cepit, aut bannivit, vel
 hæc fieri mandavit, aut ab aliis facta rata habuit,
 vel qui ad id consilium dederit, vel favorem, vel
 scienter defenderit, excommunicationem incur-
 rat reservatam S. Pontifici. Ubi etiam alia enu-
 merantur poenæ. Terra item, & Civitas in hoc
 delinquens Ecclesiastico subiaceat interdicto, do-

Tomus V.

nec satisfecerit. Ita Potestas, Curiales & Officia-
 les similiter sunt excommunicati. Denique in fine
 additur, quod qui ex his absoluti fuerint in mortis
 articulo, si convalescant iterum, in sententiam ex-
 communicationis, ipso facto, reincident, nisi
 mandato Papæ paruerint. Explicatio hujus Cle-
 ment. videri potest apud Abbatem ibid. & Barb. in Col-
 lect. & Suar. dis. 37. sec. 1. n. 19. & seq.

XXVI. Similiter in c. *In quibusdam. 12. h. t.*
 quod est desumptum ex Concilio Generali Latera-
 nensi sub Innocentio III. prohibetur, ne Ecclesia-
 rum Patroni, Advocati, & Vicedomini, qui, cum
 vacantibus Ecclesiis de Pastoribus idoneis provi-
 deri debet, non solum difficultates ingerunt, &
 malitias: sed etiam de possessionibus, aliisque
 bonis Ecclesiasticis, pro sua voluntate, dispo-
 nere præsumunt, imò etiam ipsos Prælatos occidere
 non formidant: de cætero plus sibi usurpent,
 quam Jure reperitur permittum: & si secus fece-
 rint, per censuram Ecclesiasticam compescantur.
 Ne quod ad defensionem est inventum, in depres-
 sionis dispendium, sive gravamen retorqueatur,
 Statuit præterea Concilium, ut si prædicti Recto-
 rem, vel alium Clericum ipsius Ecclesiæ, per se,
 vel per alios occidere, vel mutilare præsumperint,
 Patroni Jus patronatus, Advocati advocatiam, seu
 datarii feudum, Vicedomini Vicedominatum, &
 Beneficiati Beneficium amittant, quod ab Eccle-
 sia illa tenebant: & non solum nihil de præmissis
 perveniat ad hæredes, sed etiam nullus ex poste-
 ris, usque ad quartam generationem, admittatur
 ad Collegium talium Clericorum: neque in do-
 mibus Regularium alicujus Prælationis assequan-
 tur honorem, nisi cum eis fuerit dispensatum.

XXVII. Notandum primò, Patroni, &
 Advocati Ecclesiarum, non possunt plus juris sibi
 vindicare in Ecclesiis, quam Jure reperitur ipsis
 concessum, adeoque si aliquod jus prætendunt in
 Ecclesia, debent probare illud sibi esse debitum,
 Abb. hic not. 1.

Notandum secundò, Patroni, Advocati vel si-
 milis personæ habentes jus aliquod in Ecclesia, si oc-
 cidant, vel mutilent, per se, vel per alium, Recto-
 rem, vel alium Clericum alicujus Ecclesiæ, privan-
 tur omnibus juribus, & beneficiis, quæ in illa Eccle-
 sia obtinent, Gloss. hic in casu, & in notatis, Abb. in
 princ. & licet in hoc c. sermo sit de beneficio tempo-
 rali, & profano, ut feudo, vel alio simili, loquitur
 tamen etiam de beneficio Ecclesiastico, quod occi-
 dens Prælatum, vel Clericum Beneficiatum sit priva-
 tus beneficio, quod obtinet in ea Ecclesia, ut post
 Tolet. docet Garc. Tract. de benef. p. 11. c. 10. n. 57.
 & 58. & quidem ipso Jure, seu facto: quamvis Azor
 p. 2. libr. 7. c. 18. q. 1. §. Deinde quæres, putat, quod
 verbum amittant ibi positum contineat poenam pri-
 vationis, non ipso Jure latam, sed per sententiam Ju-
 dicis ferendam. Verum non dicitur ibi simpliciter
 amittant, sed prorsus amittant, quæ dictio prorsus im-
 portat idem, quod ipso Jure, seu ipso facto, Abb.
 hic num. 7. Garc. c. l. Barb. hic in Collect. n. 3. & alii
 communiter.

Notandum tertio, qui occidunt, vel mutilant
 Prælatum, vel alium Clericum alicujus Ecclesiæ, per
 se, vel per alios, non solum ipsi, sed etiam hæredes, seu

LII

seu posteri eorum, usque ad quartam generationem
perdunt, quicquid habent ab Ecclesia, nec admittuntur
ad statum Clericalem; & sic puniuntur filii, &
posterii propter delictum parentum, sicut in crimine
læsæ Majestatis, *Gl. hic V. Heredes*, ubi nomine hæ-
redum intelligit descendentes ab istis malefactoribus
per lineam rectam, usque ad quartam generationem,
Abb. hic n. 2. Barb. hic in Collect. n. 5. utrum autem
descendentes per lineam femininam, mox dicitur.

Notandum quartò, cum prædictis, qui non possunt admitti ad statum Clericalem, nec præfici in Ordinibus Regularium, potest dispensare Episcopus, quia dispensatio hic non fuit specialiter reservata Papæ, *Gl. fin. hic & Barb. n. 4.*

XXVII. Porro quod dictum est, pœnam
impositam alicui, & filiis, seu posteris ejus usque ad
quartam generationem, juxta *cit. c. In quibusdam*, id
intelligi debet de linea masculina tantum, nec exten-
di ad posteros lineæ fœmininæ, prout statuitur in *c.*
Ubiunque, 4. h. t. in 6. Ubi Bonifacius VIII. ita
rescribit: Si alicui, & ejus filiis, seu posteris us-
que ad certam generationem, pœna imponatur ab
homine, vel à Jure, pœna ipsa tantum eos afficit,
qui per lineam non fœmininam, sed masculinam
descendant: nisi aliud in Jure, vel sententiâ Judi-
cis sit expressum.

XXXIX. Notandum primò, pœna imponi potest, non solum delinquenti, sed etiam filiis, & posteris ejus, imò & collateralibus, sive Jure, sive etiam ab homine, id est, à Principi Superiorem, non recognoscente, ex plenitudine potestatis, nam ab inferiori non potest imponi, cum unus pro alio nequeat puniri, & pœnæ suos debeant tenere auctores, nisi in casibus Jure expresse, *Franc. hic. 1.*

Notandum secundò, appellatione filiorum, & posterorum comprehenduntur tantum regulariter in materia pœnali, descendentes per lineam masculinam, non autem per femininam, & multò minus collaterales, quia in pœnis strictior interpretatio est facienda, idque sive mentio fiat de filiis, seu posteris usque ad certum gradum, seu generationem, ut in hoc c. sive non, quia in dubio potest censeri quòd intelligatur usque ad quartum gradum, *Franc. hic n. 2.*

Notandum tertio, si pœna imposita sit à Jure, vel ab homine alicui, & filiis, seu posteris ejus, tunc etiam comprehenduntur descendentes per lineam fœmininam, quando apparet ex dispositione ipsius Juris, vel hominis hoc esse expressum, *Franc. hic n. 3.* Exempla habentur in *c. un. §. Contra natos de schismat. in 6.* Ubi pœna posteris imposita afficit etiam descendentes per lineam masculinam, & fœmininam, quia id Jure ita expressum est: & in *c. Statutum. 15. de heret. in 6.* propter crimen hæresis puniuntur descendentes ex linea paterna usque ad primum, & secundum gradum, nempe filii, & nepotes; ex materna verò usque ad primum gradum, scilicet filiæ tantum: *Barbos. hic n. 6.* Idque aptè colligitur ex hoc *c. in fine*, quòd nomine filiorum, & posterorum etiam veniant descendentes per lineam fœmininam, quando id in jure expressum est, vel in Constitutione, quia tunc tenor illius est servandus, *Gl. hic in notat.*

XXX. Queritur secundò, quomodo punien-
dus sit litigans injuriam inferens Judici? Resp. de hoc
agitur in c. *Dilectus*. 11. h. t. Ubi Innocentius III. ita

Ubi notandum, vel iniuria illata Iudici
toria, & tunc potest ipse Judex punitur et
jurium intulit, quia in notoriis non habet
coque ferenda est sententia cum solus
procedit, si pena in Jure interdicta, fecit
posse illam imponere, pro suo arbitrio
bitrandu posset excedere modum, de his
iniuria non est auctoritas, & tunc si pro
nat personam ipsius Judicis, non potest
re, effert enim Judex in facto proprio, *de iur.*
27. caus. 23. q. 4. Vel contingit principalem
ut Judicis; & tunc potest quidem ipse
poterit regulari tanquam suspectus, etiam
consequenter tangit etiam personam ipsius. Qu
vel sit Judex delegatus, tunc non potest
tra eum, si per iniuriam illatam ipsi
nem ipsius, alioquin verò, si non impeditur
punit iniuriam per Superiorem arbitrium, ut
tun in hoc c. ibi: *juxta Superiorem arbitrium, ut
de rebusus. §. Si vero ignoti, col. 7. d. ubi*

§. VII.

*De pœna persistētis pertinacis
excommunicatione, ultra annuū
pœnis insectantium, percutien-
tium, vel occidentium.*

Ecclesie Cardinales.

XXXI. De priore poena agitur in *Con-*
stitutis. Ubitalis casus proponitur: Comen-
gistrifens multas iniurias, & gravamina
Capitulo Laudunensi, propter quod per
Sede Apostolica delegatos excommunicat
per duos annos, & amplius in excommuni-
catione, perniciter renouit iuxta prece-
ptum tenendo claves Ecclesie. (dataz Perpo. 1547.)
Claves) Re delataz ad Papam Honorium II. Illius
hujusmodi perniciat non caret suspitione
grauitatis: volens tamen parcere Nobilitati
et Comitis (quod penes) mandari quatenus
a se delegatus, ut si comes ille commota
ruerit plenè iuri ipsi Ecclesiis, in quibus iur-
ab ejus obligatione abfoluant, & (subici-
fidelitatis iuramento (quamdiu in excommu-
nitione persistit) denuncient abfolu-

XXXII. Notandum primo, laicus possit
injurias illatas Clericis, excommunicari, quod non
dum est, si communis super injuriis non
re, nec juri parere, nam propter solum de
potest quis excommunicari, nisi accedat de
c. Sacro, 48, de sent. excomm. Abb. ibi, n. 1.

Notandum secundum, qui per animum
 nificatione perficitur, sit suspectus de haeresi, et
 municamus. 13. §. Qui, autem de haeresi, de quo
 supra Tit. 7. sec. 2, §. 4. quia censetur com

potestatem Ecclesiæ, cuius excommunicationem non curat, *Abb. hic n. 3.* Nec refert, quod in hoc c. sit sermo de eo, qui per duos annos, & amplius in excommunicatione persistit, quia narratur solum, quod in facto contigit, & textus non se fundat super illo, sed super diuturnitate temporis ultra annum, adeoque post annum sit suspectus, *Abb. hic & Barbof. num. 3.*

Notandum tertio, Nobiles levis puniuntur, propter delictum, quam ignobiles, ut patet ex hoc c. in quo Papa potuisset severius punire illum Comitem, indicta illi purgatione de hæresi, & eâ non præstitâ, eum excommunicando, sed mitius cum illo actum, quia si nimis severè procedatur à Iudice Ecclesiastico contra potentes, & Nobiles, sæpe inde proveniunt gravia scandala, & schismata, quæ cavenda sunt, *Abb. hic n. 4.*

Notandum quarto, propter contemptum excommunicationis, potest Ecclesiâ punire laicum per severantem in excommunicatione, privando eum iuribus, quæ obtinet ab Ecclesiâ, v.g. iure Patronatus, & remittendo interim debita pecuniaria, quæ ipsi excommunicato debentur, & declarando vasallos ac subditos illius esse ipso iure, seu facto, sine alia sententia, absolutos ab obedientia, & obsequiis talis domini, quamdiu in excommunicatione persistit, *Gl. fin. hic & Abb. n. 5. & 6.*

XXXIII. Quod verò attinet ad pœnas persequentium, seu offendentium Cardinales, de iis agit in c. *Felicit. 5. & ult. h. t. in 6.* In quo statuitur primo, qui Cardinalem S. R. E. hostiliter fuit insecutus, vel percussit, aut cepit, seu incarcerationem, vel socius fuit facientis, vel idem fieri mandavit, vel ratum habuit: aut consilium, auxilium, vel favorem dedit: vel postea recepit, aut scienter defendit, tanquam reus læsæ Majestatis, perit, & sit infamis, diffidatus, & banitus: non possit testamentum facere, nec succedere ex testamento, vel ab intestato alicui: cuncta ejus ædificia debent dari in ruinam, seu destrui, nullo tempore reparanda: nullus ei reddere debita, vel respondere in iudicio teneatur. Ejus bona applicentur fisco, ut ex illis nihil transmittat ad posteros, seu hæredes. (Cum aliâs regulariter bona damnatorum transeant ad hæredes, & non ad fiscum, *Auth. Bona. C. De bonis damnat.*) Si quæ feuda, officium, vel beneficium, spirituale, vel temporale ab Ecclesiâ suis quibusdam obtineat, sit iis ipso iure privatus, & quæ ita liberè ad Ecclesiâ revertuntur, ut Ecclesiâ Rectores de iis, pro sua voluntate, disponere possint. Secundo ejus filii, vel nepotes per lineam (etiam fœminam, *Gl. Magna hic V. Suadebunt.*) descendentes quovis beneficio, etiam si Pontificalem dignitatem adepti sint, ipso iure sint eis privati. Nullus præterea filiorum, vel nepotum ex virili sexu descendendum promoveatur ad dignitatem, vel honorem Ecclesiasticum, aut mundanum, vel ad regimen alicujus loci: sit illis quodlibet officium, seu ministerium publicum interdictum, & ad testimonium in iudiciis ferendum reddantur inhabiles: non promoveantur ad Ordines, nec ad officium, vel beneficium Ecclesiasticum, nec ad actus legitimos eis pateat aditus, & omni spe dispensationis super prædictis adempta.

Tomus V.

cit. c. ult. §. Quod si quis. Tertio, non solum autem offendentes Cardinalem, puniuntur prædictis pœnis, sed etiam incurrunt, ipso facto, sententiam excommunicationis, à qua non possunt absolvi, nisi à Romano Pontifice, excepto articulo mortis. Et singulis diebus Dominicis, & festivis, pulchris campanis, & accensis candelis, ut excommunicati, publicè denuntientur, *cit. c. ult. §. Præfenti.*

Quarto cum fuerint absolventi, cavere idonee debent, quod æquo animo sustinebunt pœnam sibi imponendam: ubi etiam additur, quam pœnitentiam facere debeant, cum absolvantur: obtemperantem autem absolute, indulgetur eis, ut postmodum acquisita repetere possint, *cit. c. ult. §. Cum autem.* Quinto si quis verò nudo consilio aut favore simplici fuerit in præmissis culpabilis, eum Judex, pro qualitate culpæ, castigare poterit, *cit. c. ult. §. Illud autem.* Sexto permittit Papa, ut prædictæ pœnæ extendantur etiam ad collaterales, fratres videlicet, nepotes, & pronepotes talium, *cit. c. §. Caterum.* Septimo similiter offendentibus familiares Papæ, vel Cardinalium, imponi poterit pœna, pro qualitate culpæ, §. *Præmissis etiam.* Octavo, occidentes verò Cardinales, vel dantes causam mortis, ultra prædictas pœnas, acriter adhuc puniri debent, §. *Si quis verò.* Denique in §. *fin.* additur, nihilominus Potestates, seu Magistratus seculares per pœnas legales contra tales procedere debere, & hanc Constitutionem facere observari: alioquin Princeps, vel Potestas, vel Magistratus, & Officiales eorum, intra mensem, postquam res ad notitiam eorum pervenit, eo ipso, excommunicationem incurrant. Civitas verò, quæ tales delinquentes non puniverit, sit interdicta, & eo ipso, Pontificali, seu Episcopali dignitate privata.

Porro etsi regulariter pro uno delicto non possint imponi plures pœnæ, id tamen fallit, si crimen sit valde enorme, *Franc. in cit. c. ult. §. Per hoc. n. 4. h. t.* Ubi plures limitationes adfert, & pluribus explicat hoc c. *Barbof. in Collect. hic.*

§. VIII.

Utrum Metropolitanus possit punire iniurias sibi, vel suis illatas à subditis Episcoporum Provincialium?

XXXIV. De hac re agitur in c. *Romana. h. t. in 6.* In quo Papa Innocentius IV. rescribit Archiepiscopo Rhemenfi, ut cum visitat Provinciam suam, si sibi, suæque familiæ, aut aliis, etsi de familia sua non sint, injuria inferatur à subditis suorum Suffraganeorum, vel etiam si extra visitationem, suos mittat nuncios ad convocandum Concilium Provinciale, vel aliâs jurisdictionem exerceat in provincia, eos propter injuriam illatam, dummodo notoria sit, possit propria auctoritate punire, si hac occasione impediatur ejus jurisdictio, nisi ex Ecclesiæ Rhemenfis consuetudine plus potestatis ei competat. Præterea eidem Archiepiscopo,

LII

alii.

aliisque Metropolitanis in suis Provinciis, dum jurisdictionem sic exercent, puniendi manifestas, seu notorias offensas, eisdem, vel suis illatas, ex speciali concessione Apostolica (etiam si per huiusmodi injurias illatas jurisdictione ejus non impediatur,) liberam habeant facultatem.

XXXV. Notandum primò, quando crimina sunt notoria, potest Archiepiscopus, sive Metropolitanus punire subditos Suffraganeorum in tota Provincia, c. 1. §. Notoria de censib. in 6. Idque procedit, etiam si Archiepiscopus non visitet, si tamen Episcopus sit negligens, Quarant. in summa Bullar. n. 24. Dicuntur autem hic crimina notoria, quæ ita manifestæ sunt, & patentia, ut nullâ probabili tergiversatione celari possint, & in quibus nullâ probatione aut causâ cognitione est opus, c. Manifesta. 15. caus. 2. q. 1. c. Evidentia. 9. de accusat. Barb. in Collect. hic num. 2.

Notandum secundò, nemo potest esse Judex in propria causa, nec sibi, vel suis jus dicere debet, l. Vnic. C. Ne quis in sua causa &c. adeoque si injuria illata Prælati ipsius personam tantum contingat, non potest aliquem, propter injuriam illatam, punire: si verò tangat Ecclesiam suam, potest punire injuriantes, tametsi indirectè, & per quandam consequentiam id cedat in commodum ipsius, Gloss. hic V. Punire, Barb. in Collect. hic n. 4. Non tamen potest Prælati remittere injuriam Ecclesiæ suæ factam, sicut filiusfam. etsi potest remittere injuriam sibi factam, in quantum ipsum tangit; non tamen in quantum tangit patrem, l. 1. §. Vtique adeo. ff. De Injuriis. Gl. hic V. Punire, Barb. hic n. 5.

§. IX.

Proponuntur summa reliquorum Capitulorum, quæ in Clementinis, & Virisque Extravagantibus continentur.

XXXVI. In Clement. Multorum 2. h. r. (nam de pœna contenta in Clement. 1. h. r. jam actum supra §. 6. n. 25. eod.) statuitur: Qui detinent, vel procurant capi personas Ecclesiasticas, ut renuncient suis beneficiis, velut citati ab homine, vel à jure, non vadant ad Sedem Apostolicam: præter pœnam excommunicationis, quam per Canones antiquos incurrunt, (cap. Si quis. 29. caus. 17. q. 4. c. Nuper. 29. de sent. excomm.) si Prælati sint, à perceptione fructuum Ecclesiarum suarum per triennium sunt suspensi: inferiores verò beneficiis obtentis suat privati. Eandem pœnam incurrunt, qui citati non veniunt ad Sedem Apostolicam, & procurant se capi à Potestate seculari: (secus si per Potestatem Ecclesiasticam, Gloss. hic V. Seculari.) Resignationes autem beneficiorum modo prædictæ extortæ, licet à Prælati ipsorum resignantium sint receptæ, aut ratificatæ, sunt omnino nullæ ac irritæ (ita ut non valeant, etiam quoad renunciantem, Gl. hic V. Nullus.) quas quidem pœnas, Ordinarii locorum quamprimum aliquem incurrisse sciverint, statim illum publicare debent, ut pœnæ executioni mandentur, prout ad eos pertinet.

rit. Pro explicatione hujus Clement. 2. Prælati & Barb. in Collect. hic videri potest. Adhuc Clement. 2. de censur. sec. §. n. 17. & jura ad n. 22.

XXXVII. Præterea in Clement. Canon. h. r. Religiosi Mendicantes, qui domos ad habitandum, vel loca quæcunque de novo construunt, vel recepta mutant, vel eas transferunt in loca, cujusvis alienationis titulo, contra prohibitionem c. un. de excessib. Prælat. in 6. ultra pœnas ibi contentas, sententiam, excommunicationis, ipsi incurrunt. Similiter Religiosi (etiam non mendicantes) qui in suis sermonibus, vel aliis, prædicant aliquam profectum, ut audientes recedant a vendis decimis Ecclesiis debitis, sunt, ipsi, excommunicationis. Item si requirunt in ecclesiis, nicipis, & festis diebus in textu expedit, quæ prædicant, & in Confessionibus sacerdotum, vel aliorum non instruunt, nec scrupulum conscientie inficiunt, ut non omittant solvere decimas, præter debent argui à suis Superiorem, publicè in Virtute & in obediencia præcipi, ut decimæ pœnalia faciant contra huiusmodi transgressores, ita ut pœna eorum alius sit interdictum, Constitutione Papæ Gregorii X. in c. 1. de decimis, nisi luminis in suo valore permanent. Religiosi, qui scienter omittunt conscientiam de solvendis decimis, sunt suspensi, ipsi in officio prædicandi: donec, si commodum est, facultatem habuerint, conscientiam factam nitentibus: & si prædicta negligentia non prædicare præsumperint, ipso facto, sunt excommunicati. Ad Religiosos autem Monachos, & Rectores Ecclesiarum decimas perceptionis hæc Constitutio non extenditur. Denique in ult. cit. Clement. Cupientes, pœna excommunicationis fertur in Religiosos, & Clericos seculari violatores Constitutionis Bonifatii VIII. in c. 1. de sepult. in 6. quæ præcipitur, ne aliquis ad votandum, jurandum, aut fidei interpositum, promissum inducant, ut sepulchrum apud ipsos, vel in Ecclesiis eligant, vel electam non mutant, aut in ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, reservatæ Sedi Apostolicæ: præceptum mortis articulo, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & statutis; pœnâ tamen contenta in c. 1. in suo robore duraturâ, de quo dictum supra lib. 3. Tit. 28. §. 2. n. 26. & 2. seq. Hinc Clementina meminit Azo p. 1. lib. 12. c. 119. 17. & ad pœnam excommunicationis Sum. d. 23. ad sur. sec. §. n. 33. & aliquot seq. qui videntur.

XXXVIII. Porro in Extravag. Joann. XXII. h. r. Narratur impudens, & nonnullorum hominum degentium in Italia (quæ est Provincia Romanæ Ecclesiæ) quod abbetur in textu etiam in temporalibus, quod abbetores, & Officiales occidere soliti erant, & enumerantur XVII. modi offensus, & pœnæ, quas incurrunt, non solum hæc, sed etiam qui de cetero talia facerent, sed etiam qui, eorum filios quosque, propter patrum iniquitatem, à quibuscumque beneficiis, & beneficiis, tanquam indignos recipiendos esse, Vivian. in Ration. h. r. concordat.